Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



cerunt · significat repentinę mortis aduentum ⁊ perierunt · quia mali sic in hoc sæculo deficiunt · ut iterum perpetua clade moriuntur ⁊

in desolationem · subito defecerunt · perierunt propt̄ iniquitatem suam ⁊

Pulchra comparatio · talem dicit esse felicitatem malorum · quale somnium euigilantium ⁊ perit ergo imago peccatorum · quando se eis ipsa ueritas alienata subtraxerit in caelesti hierusalem ⁊ ibi enim eorum effigies non uidebitur · qui in gehennę sequestratione mittendi sunt ⁊

Velut somnium surgentium · dn̄e in ciuitate tua imaginē ipsorum ad nihilū rediges ⁊

Inflammatum est cor xp̄i · ut faciat uoluntatem patris ⁊ Renes commutati sunt · ne mihi preualuerit ulla inquinatio cogitationis humanę ⁊ humiliatum et ignorantem se dicit · ut monstraret se esse uerum hominem ⁊

Quia inflammatum est cor meum · & renes mei commutati sunt · & ego ad nihilum redactus sum & nesciui ⁊

Ut iumentum factus sum · portans in carne peccata populi ⁊ et ego semper tecum ⁊ ut est illud · ego in te et tu in me ⁊ iure iumentum se dicit · quem carnalis emulatio · quasi animal irrationabile insidebat ⁊

Ut iumentum factus sum apud te · & ego semper tecum ⁊

Tenuit manum pater filii eo descendente lo in infernum · quia sinistra diaboli aduersabatur ei in terris ⁊ deduxit in uoluntate resurgentem · suscepit in gloria cęlos redeuntem ⁊

Tenuisti manum dexteram meam · & : in uoluntate tua deduxisti me · & cum gloria suscepisti me ⁊

Quid enim mihi est · id est ad comparationem caelestis gloriae · quam electis tuis preparasti ⁊ quā uilia sunt et caduca · quae ate uoluit mens humana super terram ⁊

Quid ÷ enim : mihi est in cęlo · & ate quid uolui super terram ⁊

Defecit caro mea & cor meum · ds̄ cor

Cox ecclesiae · defecit cor utique a mala cogitatione ⁊ ds̄ cordis ·